



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Pauli Laymanni e Societate Iesu Jus Canonicum
Commentario Perpetuo Explicatum**

Et Uberi Non Minus Ac Varia Qvam Clara Et Solida Doctrina Illustratum

Commentarius In Librum III. Decretalium

Laymann, Paul

Dilingae, 1698

Capitulum XI. Cura.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62482](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62482)

ritate disponere de juribus spiritualibus (cujusmodi etiam est Patronatus) nisi quatenus ipsi à sacris Canonibus concessum est: at verò nullibi expressum reperitur, quòd Patronatum permutacione transferre liceat, intellige in personam Laicam, aut privatam, ergo asserere non debemus. Dixi autem: diversarum Ecclesiarum. At verò plures Patroni unius Ecclesie, aut Beneficij non videntur prohiberi, quòd minus unus alteri Patronatum remittat, seu donet, ut si duobus existentibus hæredibus, inter se conveniant, ut unus tantum ipsorum sit Patronus, vel ut unus in hac Ecclesia, & alter in alia solus Patronus sit, cum alioquin successione jure uterque in solidum esset. Et ita docet *Glossa in c. ex insinuatione 14. hoc tit. Azor l. c. q. 6. Barb. in c. preced. n. 4. contra Abb. hic n. 3. Joann. And. in cit. c. ex insinuatione.* Ratio dari debet, tum quia per hanc remissionem, aut pactionem non fit novus Patronus; tum quia minus gravatur Ecclesia, sive optatius est Ecclesie, ut unum Patronum habeat, quam ut duos.

CAPITULUM X.

Cùm Laici.

PARAPHRASIS.

Patronus Laicus Episcopo nesciente, aut non consentiente, Ecclesiam concessit Clerico: postea penitentia ductus, alium Clericum ad eandem Ecclesiam Episcopo presentavit, qui & institutus est. Hujus institutio consistere debet priore concessione, quæ nulla est, penitus rescissâ, cum Laicus præsumptione propria Clericum in Ecclesia ordinare non possit. Textus hujus Capituli consentit cum *c. illud 8. hoc tit.*, neque aliud discrimen est, nisi quòd in casu *c. illud* Patronus Laicus Ecclesiam loco religioso in proprietatem, hic autem Clerico in titulum sine Episcopo, & propria autoritate concessit, quorum utrumque à Laico fieri impossibile est, cum ejusmodi spiritualia jura sint

extra limites potestatis Laicæ, sed in commissione potestatis Ecclesiasticæ, quia *5. c. illud 8. & cap. sequente h. t.*

CAPITULUM XI.

Cura.

PARAPHRASIS.

Alexander III. scribit ad Abbates, Priores & Clericos, Archiepiscopus Eboracensis, & mandat, ut nemo Ecclesias ex Laicorum donatione sine Diocesani Episcopi autoritate & consensu sibi potestatem vindicare, aut ita acceptas retinere, nisi legitima præscriptione munus sit, vel Diocesani consensus postea accedat, cum enim Laici non nisi jus ipsius competens in alios transferre possint, apparet, ejusmodi concessiones Ecclesiarum factas à Laicis penitus inanes esse.

SUMMARIUM.

1. *Quomodo Religiosi Ecclesiarum sibi legitime donatarum, jus & proprietatem acquirere possint, via præscriptionis?*
2. *Concessio Ecclesie à Laico facta, si postea ab Episcopo approbata, an ea tempore valet.*

Notandum primum Religiosi & Clerici non possunt Ecclesias à Laico in proprietatem donatas accipere, aut acceptas retinere sine Ecclesiastica autoritate. *l. 1. & in c. 5 c. 8. h. t.*

Notandum secundum. Fieri potest, ut Religiosi, aut Clerici Ecclesias à Laicis sine autoritate Ecclesiastica, adeoque non canonicè acceptas, & inceptas temporis diuturnitate per viam præscriptionis acquirant.

Obijciunt *Glossa hic & Innoc.* quòd Religiosi, aut Clerici in isto casu sint in malâ fide, malæ verò fidei possessor nullatenus quam tempore præscribit; nec jurat, si pernamus Religiosos, aut Clericos juras rigore

Si verò.

PARAPHRASIS.


Contententibus duobus de jure Patronatus, nihilominus Episcopus post tempus legitimum finitum, Ecclesiam ordinare, seu Clericum instituere potest, ita ut is postea eum, qui jus Patronatus in judicio evicerit, tanquam Patronum agnoscat.

SUMMARIUM.

1. Potest Episcopus post tempus à jure definitum vacanti Ecclesie providere, si lis mota super jure Patronatus finita nondum sit.
2. Debet tamen Clericus sine presentatione institutus postea eum recognoscere Patronum, qui judicialiter talis declaratus est.

Notandum primum. Si lis mota sit super jure Patronatus, Episcopus interim ordinationem Ecclesie, seu ministri institutionem differre debet, sed non ultra tempus definitum à jure, videlicet 4. menses in Patronatu Laico, 6. in Ecclesiastico, sicut supra dictum fuit. Ratio est, quia Ecclesie & beneficia Ecclesiastica diu vacare non debent.

Notandum secundum. Clericus sine presentatione institutus, Patronum postea judicialiter pronuntiatum agnoscere & profiteri debet, ita ut tali agnitione constituatur in quasi possessione juris Patronatus. Sic videtur notasse *Glossa finalis hic*, & idem notat *Covarruv. in pract. quest. c. 14. n. 2. v. 3.* & alij, quos refert *Barb. in c. quarelam n. 10. de electione*, quod in juribus spiritualibus unicus actus sufficit, ad acquirendam possessionem, v. g. una presentatio, vel una agnitione Clerici instituti.



Ooo 2

CAPI-

rantia laborare, cum notum sit, quod error juris, præsertim ad eum manifesti, in usucapionibus prodesse non possit, licet facti ignorantia profit *L. juris 4. ff. de juris & facti ignorantia*, & docui in *c. dudum 31. de decimis*. Respondetur cum *Glossa Innocentio, & And. Abbate*, & alijs hic: duobus modis fieri posse, ut in casu isto usucapio peticiatur, & Ecclesie secundum proprietatem acquirantur: primò si error non in jure, sed in facto consistat, quia Religiosi vel Clerici probabiliter existimaverunt, Prælatum Ecclesiasticum consensisse, seu ex auctoritate & commissione ejus (si v. g. in instrumento donationis à Laico Domino confecto, & dato mentio hujusce fiat) concessionem, & donationem fuisse factam, etenim justus, & probabilis error, sive existimatio titulum intervenisse, ubi nullus intervenit, causam usucapiendi præbet, uti constat ex *L. 2. & L. quod vulgo 11. ff. pro emptore, junctà Gloss. & tradunt Bart. & DD. in L. Celsus n. 1. & 4. ff. de usucapionibus*. Secundò. Quia licet primi, qui à Laico Domino sine auctoritate Episcopi acceperunt Ecclesiam, cum in mala fide fuerint, usucapionem inchoare nequiverint, tamen successores eorum probabiliter ignorantia laborantes, rati videlicet, consensum Episcopi intervenisse, usucapere possunt, cum non in jure, sed in facto errent. Similia leges in *Gloss. c. 4. verbo se posse, de prescript. & docui l. c. tr. 4. c. 3. n. 4. & in c. ult. prope finem de prescript.*

3. Notandum tertium. Concessionem Ecclesie factam à Laico Episcopus postea suo consensu, & auctoritate approbare potest, ita ut ex eo tempore de jure consistat *c. suggestum 20. hoc tit. Dixi ex eo tempore*, cum enim ad præteritum non sit potentia, impossibile est, Episcopum concessionem illam, quæ penitus irrita fuit, ita ratam habere, ut ab initio valuerit juxta juris regulam *18. in c. & reg. ff. 29.* quod initio vitiosum est, non potest tractu temporis convallescere, & notavit *his*

Abbas n. 7.